Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

115

cotidiana sui redeptoris indulgentia tergant. Est enim toto ac
tionum suarum corpore mundus. exceptis dimaxat his que mu
necessitate curę temporalis adhęserit. ob quoq; cotidianam
sordidationem simul & emundationem cotidie dicimus oran
tes. & dimitte nobis debita nra. sicut & nos dimittimus debitoribus
nris. Verum hęc de apostolis eorumq; similibus dicta sint. beati uidelicet
& inmaculati. qui timentes dnm ambulant in uiis eius.
At nos qui diuini sepe timoris oblitis inter leuium incedimus.
nullis leuis & cotidiana orationum sollemnitate possumus
aberratiuum nrorum sorde liberari. sed maior necesse est inqui
natio maiori orationum uigiliarum uel ieuniorum lacrima
rum atq; elemosinarum exercitio purgetur. ipso nimirum inte
rius uestigia cordis nri mundante. qui sedens in dextera
di patris suppte habitum humanitatis cotidie interpellat
pro nobis. Postq; uero lauit pedes discipulorum dns. accepit uesti
menta sua. & cum recubuisset iterum aperuit uerbo ministerium
lauationis. quod eis paulo ante facto necdum scientibus exhi
buerat. quia postq; patiendo in cruce lauacrum nobis remis
sionis consecrauit. accepit membra iam inmortalia. que
mortalia posuerat. Et cum post resurrectionem apparuisset
discipulis. ac familiarem cum eis esset etiam in conuescendo per dies
quadraginta conuersatus. exposuit utilitatem suę passionis.
cum hactenus quia uirtutem mystica nesciebant. cuentum satis
timebant. Si ergo inqit ego laui uros pedes dns & magister.
& uos debetis alter alterius lauare pedes. Que uidelicet sen
tentia & ad litteram & ad mysticum sensum recte accipi & de
uote debet impleri. Ad litteram quidem ut per caritatem seruiamus
inuicem. non solum in lauando pedes fratrum. sed in quibuslibet eorum